

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

13. De Narratione: Narrationis diuisio & vsus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Aliud breui rotunditate collectum rem posuit statim ob oculos, ut,

*Euryptolemus apud Xenoph.* Τά μὲν κατηγορήσει, οὐδέποτε Αἴγανοις,  
φύεται εἰδέσθαι πέριπλέος απογκάρας, μοι δύνατος, καὶ επιτηδεῖος, καὶ Διομέδους φίλος, τὰ δὲ ἐπέραπολογιστά μέρη, τὰ δὲ ζυμελάντεων καὶ μιδοκῆς ἀρισταῖς τοῖς απόδοντις.

Partim accusaturus (viri Athenienses) Periclem necessarium, & amicum meum, atque Diomedontem mihi benevolentia coniunctum huc ascendi. Partim etiam suasurus, quae reip. maximè salutaria esse videntur.

Hoc quod sequitur, habet in grauitate sentitatem.

*Demaratus apud Herod.* Βασιλεὺς ὑπέρεξεν κακῶν χειρούς πέρος στιχὸν.

Vtrum apud te Rex utat rectitate, an iucunditate?

Aliud celeritatem habet in suauitate, ut

*Cyrus apud Xenoph.* Αὐδέσει σύμμαχοι ἀνθρώποιν τὸ γεγενημένον πάθος, τὸ γέροντος γενέθλιον, ἀνθεψίας ὄντας, φίδεις ποιητας βασιλεύοντος.

Viri socii humanum est, quod aduersi accidit. Nam quod homines errant, ut homines, nihil puto mirandum esse.

Istud laconicum est.

*Archidamus apud Xenoph.* Δίχοις λέγετε, οὐδὲ πλατυθέσθε, οὐδὲ

*Thucid.* Recte dicitis (viri Platæenses) si verbis facta

*Exordium à simili-*

*tudine.* Etiam à similitudine exorsus est Xenophon.

*Timolaus apud Xenophontē.* Άλλοι μετὰ δοκεῖ (οὐδέποτε ξύμμαχοι) οὐδὲ μοιον ἔνειπον τὸ τρίτον λαον, δαμωναρι περιγγαίον περ τὰ τρίτα ποταμῶν.

Atqui mihi videtur (viri socij.) res Lacedæmoniorum gerinde se habere, ac fluorum, &c.

Conuenit sequens in rem bene gestam, & gratulationem.

*Papyrius apud Liniūm.* Bene habet (Quirites) vicit disciplina militaris, vicit Imperij maiestas.

*Senec. cōs. lib. 6.* Audite rem nouam, fratrem, crudelē, novercam misericordē.

(\*\*\*)

### De narratione.

Narrationis diuisio, & usus:

### CAPUT XIII.

**A** Nequam ad narrationis precepta pro-grediar longius, tantisper subfiso in li-mine: quo verbi distinguam ambigu-  
tatem. Plerique enim narrationem in eas an-gustias adduxerunt, ut id solum esse vellent,  
quod facti ciuilis, statuque cauile, ut cædis, ut  
furti, ut sacrilegij, &c. expositionem comple-  
teretur, quod sit ut eorum narrationibus  
precepta tenui sapienter sint, & inter unius iudi-cialis generis fines contenta. Verum notatio-ne dignum est, quod obseruat Quintilianus,  
aliquid esse narrationem cauilla, aliquid eorum, que  
pertinent ad cauissam.

Narratio cauile tota judicialis est, quæ rei,  
de qua queritur continet enucleationem, ut  
cædis Clodianæ in Miloniana. Eorum vero,  
que pertinet ad cauissam latè sumitur pro cu-  
isque rei, vel facti expositione.

Huius octo species commenti sunt argu-  
mentosi Rhetores, & ut solent in plerisque ni-tio-ni, cuius divisionis author est Curius Fortu-  
nianus, apud quem in artis Rheticis scho-cies.  
lis sic distribuuntur.

Prima narratio dicitur *διήγησις*, quæ princi-palis est totam facti rationem solidè ample-cens.

Secunda *ἀριθμητικὴ*, quæ fit cum res scens  
narratur, quam ab aduersario fuerit exposita.

Texta est *μετριαὶ διήγησις*, quæ non prima-  
ti tanti facti rationem, sed omnes eius par-  
tes, & circumstantias, enucleatè discutit.

Quarta est *ταραδικὴ*: quæ aliquas res  
gestas extra cauissam positas inducit, ad confir-mationem tamen cauile non inutiles, ut si di-  
cturus de Sei furtis, nonnulla de eius inglu-  
wie, & intemperantia, quasi rapacitatis somite  
disseras.

Quinta *ὑποδιήγησις* narratio, quæ quæstiōni  
comprobandæ subiungitur, & quasi subintexi-  
tur à propria narrationis sede digressa.

Sexta est *καταδικὴ*, quæ fit cum tota or-a-tio narratiua est.

Septima est *πατικὴ*, quum latius in quæstiōni-  
bus, vel ante epilogos exequimur eas  
res gestas, quas in narratione breuiter attingi-  
mus.

VIII.

Vltima est *siaσκων*, quæ res gestas non tam docet, quam exagerat.

Ex ijs perspicuus fiet narrationis usus, si quidem in genere demonstratio, vt in laudatione personæ vtendū *χαταδηνός*, & *σιασκων*, cum tota res narrativa sit, sed non exili filo pertexenda, verum magnis, & colluentibus stylis gemmis decoranda.

*Propositio generalis impletum narrationis.* In concionibus, & Chrijs, seu orationibus, & scientiæ, & questionis, nulla est *σινύον*, aut primaria narratio, sed eius vicem implet generalis propositio. Variæ tamen sunt *magadimyōes*.

*Concionis & Chrijs narrationes.* In genere iudiciale opus est semper narratione, nisi constet omnino de re gesta inter accusatorem, & reum. Sed ea pro prudentia orationis locum nonnunquam mutat, vbi aliqua ante constitutionem causæ prejudicia, & similia sunt amolienda. Aliqua etiam reticerit, alia immutat, alia colorat, alia inuertit, alia exaggravat pro causâ, & rei necessitate.

*Narratio in Christi Conciione.* In genere deliberatiuo non est vbiique necessaria *διγένος*, si constet de re, de qua deliberatur: Sin autem, & *διγένος* plerunque, & *έργα διγένος* vtendum est, *consilium regi locugit*, dabunt. Nunc narrationis in vniuersum sumptuaria, & virtutes consideremus.

#### Narrationis virtus octo.

#### CAPUT. XLV.

*Prolixitas narrationis meritis suauis similis.* Primum, est prolixitas, quam, vt ait D. Gregor. Nazianz. ad Helladium rebus melius maximè oportet, non versibus, aut verbis: fit, vbi quis se viriliter expedire non potest, sed vt iners fluius lucum, & cœnum turbidis aquis agre volutat: res querit ab uno, vbi nihil est opus, frigida, & otiosa adiueta consecutatur, quæ languida, & iacenti oratione non sine tredio prosequitur.

Secundum, Parentheses cerebræ, & longæ, quæ sermonem institutum alio trahunt, distractantque non sine multis inceptijs.

Tertium, ambiguitas verborum, sententias, rumque, vt si quis dicat, ait Pyrrhum Romanos hoc prælio fuisse. Quis inde vitor, quis vicitus intelligi potest?

Quartum, nimia personarum, rerumque multitudo, & confusio, vno veluti impetu sensibus obiecta, animum confundit auditores. Distendere oportet paulatim narrationem,

nec omnia eiusdem membra in nodum contrahere.

Quintum, quicquid incredibile, & fabulis simile præter communem naturam, prater morem, & rationes, atque vias agendi.

Sextum, Diction humilis, obscura, impro-pria.

Septimum, Dissolutio sine viro decore, nexu, & articulis.

Octauum, Eiusdem verbi cerebra, & inepta repetitio.

#### Narrationis virtutes.

#### CAPUT. XV.

*Contra Narrationem decent virtutes.* Prima, ex pedita breuitas, in qua nihil *Timantis tabula*. Tamen mancum, nihil concitum, & decutum videatur, neque enim putes te semper Timantis tabulas auditoribus obijere, in quibus plus intelligendum erat, quam pingeretur, si vis intelligi, narrare oportet, sed caue, ne longas periodos, vbi nihil opus est, curiosius hic affectes: breuitas percommoda consicietur singulæbus verbis, femei vnaquaque re dicenda, nulli rei, nisi ut dilucide dicas seruendo.

Secunda perspicuitas, qua oratio, vt pellucidus amnis fluit, & ea fieri virtatis verbis, proprijs dispositis, aut circumscriptione conclusa, aut intermissa, aut concisione verborum.

Tertia, probabilitas est in genere, si non quis compita oratio, atque expolita, si est autho-ritas, & pondus in verbis, si sententiae, vel graues, vel apte opinionibus hominum, & moribus...

#### Narrationis probabilitas, ex quindecim rebus petita.

#### CAPUT. XVI.

*In specie quindecim enumerantur à Cicero, quæ ad probabilitatem spectent, & à Maioracio his vulgaribus exemplis illustrantur, quæ in iuuenturis gratiam hic subiecte non erit superuacaneum.*

Primò, personæ in quibus considerantur nomen, natura, vicitus, fortuna, habitus, affectio, studia, consilia, facta, casus, orationes.